



## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 2. Soluuntur argumenta in contrarium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

finem ultimum, & summum bonum. Nam reflexionis illa quæ à notitia Angelorum ad Deum cognoscendum sunt, sunt nimis remotæ. Parique ratione dicitur vniuersam Philosophiam habere pro subiecto Deum, ut Deum: quia nihil est in Philosophia, quod ad Dei naturam notitiam referri non possit, tam propria notitia, ac referuntur ad Deum. Ultra quæ de Angelorum natura & proprietatibus considerantur in Theologia. Pari quoque ratione diceretur, Deum, ut finem nostrum & beatitudinem naturalem, esse subiectum Philosophia moralis: quia actiones humanæ qua per illam diriguntur, sunt via ad asequendam beatitudinem naturalem. Concluendo ita que subiectum totale per attributionem vniuersæ Theologiae latius facet in rigore philosophico. Quodque dicitur communiter Deum esse tale subiectum, debere in sensu morali solùm intelligi. Nisi potius id dicatur de Theologia scriptiū sua ipsa; & versante tantum circa reuelata per se, id est, ex primaria & principali Dei intentione, qua corpus fidei substantiale constituant; & circa ea quæ ex illis deduci possunt, aut per se ad illa pertinent; & de Deo non solùm, ut uno & trino, verum etiam, ut Incarnato, & prout est principium & finis creaturarum, præcipue rationalium; ab his amandus, querendus, & obtinendus per opera bona, virtutum supernaturalium exercitium, obseruantiam legum diuinatum, gratia auxilia, sacramenta, & alia media ab ipso constituta: In quibus explicandi veritatem vniuersa Theologia. Axistimo enim Christum, & tendentiam creaturæ intellectualis ad Deum illi propositum in fine supernaturalem, per media ab ipso ordinata, pertinere ad principale obiectum fidei theologicæ. Cum tam multa de Christo reuelata sint, totumque Opus Testamentum ferè occupetur in scribenda Christi genealogia, ipsiusque vita mysticis per varias figuræ representandis, nouum autem maxima ex parte ipsius gesta, miracula, predicationes, recepta, consilia, & exhortationes contineat. Tota etiam scriptura vtriusque Testamenti cō quodam modo referatur, ut viam salutis nos doceat, iuxta illud Apostoli Rom. 15. v. 4. Quacunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus, ut aeterna scilicet, qua principale spes obiectum sit.

## SECTIO II.

## Solvuntur argumenta in contraria.

D. Thom.  
mas.

Contra doctrinam precedentem non sentit D. Thom. q. 1. art. 7. cum ait absolute Deum esse subiectum Theologiae. Nam quod loquatur de principali tantum, & totali non absolute, sed per attributionem, sa-

tis indicant, tum quæ saperiū ex ipso adduzimus, tum rationes quibus ibidem assertione suam confirmat. Prima est: quia si ludest obiectum potentia vel habitus, sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam, vel ad habitum: Deus autem est, sub cuius ratione considerantur omnia quæ tractantur in Theologia, quatenus vel sunt ipse Deus, vel ad Deum referuntur: Ergo &c. Cuius argumenti maior de obiecto totali tantum per attributionem, & ad quod tanquam principale cetera referuntur, intelligenda est. Nam absolute obiectum totale alicuius potentiae vel habitus, est id totum quod iphi obijicitur: quod præter id ad quod cetera referuntur, complectitur illa ipsa quæ referuntur. Quidquid enim obijicitur, verè rationem obiecti habet, sive ad aliud referatur, sive non; & sive alterius relationem terminet, sive non.

Secunda est, quia idem est subiectum principiorum & scientiarum totius: cum tota scientia virtute continetur in principijs. Deus autem est subiectum articulorum fidei, qui sunt principia Theologiae: Ergo &c. Cuius syllogismi minor de subiecto totali absolute, & ad quod fidei intelligi non potest: cum manifestum sit de Christo, de Sacramentis, de actibus humanis, aliisque permultis, reuelata diuinis tuisce reuelata, quorum articulorum nos Deus ipse secundum se, sed illa sunt subiectum. Male igitur Vasq. Caiet. Bann. & alii quidem ad artic. D. Th. cit. his rationibus, & auctoritate Doctoris Sancti contra nos abutuntur. Quod autem aiunt, id esse subiectum in aliqua scientia, cuius causa, principia, proprietates, & species si quas habet, explicatur in illa: est similiter intelligendum de subiecto generali, sub quo continentur aliquo modo omnia quæ traducti in scientia: non de totali simpliciter & absolute, quo præter illud comprehendit cetera omnia de quibus per se disputatur: Esto, in ordine ad illud. Atq; ita corpus naturale v.g. est quidem subiectum generale Physicæ, & totale per attributionem absolute vero illa non solùm de corpore naturali in genere, aut in specie de coelis, de elephanti, de mixtis in animali & animali disputation: sed & de singulo eorum, partibus, locis, & de corru accidentibus, motis, & proprieatis: ut de materia, forma, vnitate, motu, loco, tempore, quantitate, generatione, de anima, & aliis huiusmodi: propter illa quidem, sed nihilominus per se, & faciat in propriam cuiusque rationem.

Ex opposito vero ad probandum non posse Deum esse subiectum principale Theologiae, & totale per attributionem, obiectum potest. Primo, nullam scientiam probare de suo subiecto an sit, & quid sit: sed illa duo supponit, ut docet Agust. primo Post. cap. 1. Ac Theologia proficit de Deo an sit, & quid sit: ergo Deus non est subiectum Theologiae. Secundo ad quacunque scientiam alii iuri subiecti pertinere cognolescere omnia, quæ illi

Vasques  
Caietanus  
Bannes.12.  
Obiectio  
omnibus

# Disput. I. de Deo, Sect. II.

9.

conueniunt, aut conuenire possunt. At hoc est impossibile respectu Theologiae: 1. Quia que Deo conueniunt, aut conuenire possunt, infinita sunt. Theologia vero est scientia finita: 2. Quia cognoscere quacunque Deo conueniunt, aut conuenire possunt, est Deum comprehendere, id est, ipsum cognoscere, quantum cognoscibilis est. At Deus est incomprehensibilis omni habitui, & intellectui creato.

Ad Primum responderet Vasq. disp. 10. cap. 7. Theologiam ex propriis suis principijs, quae sola reuelatione nota sunt, non probare ratione aliqua duo illa. An, & quid Deus sit: sed ita supponere Deum esse, & Deum esse primus ens, omnium rerum principium & causam; sicut esse trinum & unum, & reliqua principia, quae dicuntur articuli fidei? Theologum tamen aliunde, tanquam Philosophum, rationibus a posteriori probare Deum esse, & esse unum: eò quod inter pessimos homines non desint qui negent Deum esse, aut unum esse. Et paulo post ait, quamvis fides doceat Deum esse, & esse unum: ~~hanc~~ tamen duo non numerari inter articulos fidei apud omnes, sed inter necessariò requisita ad articulos, vt docet S. Thom. 2.2. q. 1. a. 5. ad 3.

Hæc solutio mihi planè non satisfacit. Nam Theologia latius sumpta secundo modo supra explicato, prout non tantum conclusiones, sed & ipsa principia fidei comprehendit, quo pacto eam sumi possè fatur etiam Vasq. disp. 10. n. 9. iuncto num. 4. atque etiam sumpta tertio modo è tribus supra explicatis, probat sine dubio ex principijs propriis, id est, ad ipsam ita consideratam pertinentibus, Deum esse, & ipsum esse unicum, primum ens, principiumque & causam ceterorum omnium. Ad hoc enim probandum efficaciter, habet diuinam reuelationem munimur grauissimis argumentis credibilitatis, quibus Deus sufficenter credibile fecit se reuelare quoque, & quod talis, tantusque sit. Reuelationes autem diuinæ credibiliter factæ sunt unum è principijs Theologiae, tertio modo, in & nouis alio modo sumpta è tribus supra propositis. Sic enim Theologia argumentatur: Quidquid Deus reuelavit, verum est. Sed Deus hoc reuelavit, p. t. se unum esse: ergo &c. Vbi ergo reuelatione esse in natura propria, tantum a rerum principiū conclusionis deuctæ: quid principium quia non est per se notum, debet usum accipere ab argumentis credibilitatis, quibus Deus sufficenter credibile fecit se reuelare. Item Theologia tertio modo sumpta complectitur ea omnia que iuvant ad probanda & confirmanda, vel ad illustranda & explicanda fidei dogmata: ergo complectitur principia naturalia, seu rationes naturales, quibus efficaciter probat contra Atheos, & Polytheos Deum esse, & unicum esse, & consequenter esse primum ens, principiumque & causam ceterorum, aeternum, immensum, omnipotens, & in omnib[us] perfectissimum.

Aliter ergo respōdeo, Arist. loco cit. loqui de scientia strictius sumpta pro notitia conclusionis deducēt evidenter ex principiis evidentiibus, & à priori; id est, ut ipsam ibidem exponit, pro notitia parta per demonstrationem perfectam, ex veris, pri-

mis, immediatis, prioribus, & notioribus, & causis conclusionis. Quæ conclusio, seu notitia filata, non p. t. praemissas, seu principia ex quibus deducitur, sed illa presupponit esse nota & evidētia, ut ab illis evidētiam hauriat. In illis vero praemissis, seu principijs, includitur subiectum conclusionis, & definitio subiecti, quæ est medium potissimum demonstrationis à priori. Ideoque conclusio presupponit de subiecto suo, quod sit, & quidnam sit. At vero scientia latius sumpta, ut nunc à nobis sumitur Theologia, post Molinam, Vasq. & Dantand, sup. cit. prout etiam comprehendit ipsa Aristot.

principia quæ tradit, exponit, & confirmat (quo sensu Arist. I. de cœlo cap. 1. sumit scientiam Physicæ, cum ait, Physicam circa principia naturalia versari, & non tantum circa conclusiones deductas ex principijs) hoc, inquam, sensu falsum est, scientiam non probare de suo subiecto an, & quid sit. Maximè vero scientiam illam quæ prima est, & nullam se priorem & superiorē habet, à qua accipiat, sua principia probata & illustrata. Cuiusmodi est Theologia Christiana, secundo & tertio modo sumpta: & Theologia quoque naturalis, seu Metaphysica. Ad hoc vero nihil referit sitne articulus fidei dicitur quod Deus sienus; qua de te dicemus alibi: nam cum utraque Veritas sit fundamentum reliquorum quæ ad fidem, & ad Theologiam pertinent: incubit maximè Theologo utramque illam veritatem accuratè & efficaciter confirmare: quod nos suo foco, cum Dei ope, faceremus, exemplo D. Th. q. 2. & 11. aliorumque Theologorum.

Ad secundum argumentum presumptum ex Greg. q. 4. prologi a. 2. in probatione secundæ conclusionis, Respondeo, antecedens non esse verum, nisi de scientia quæ sit in subiecto commissa & adæquata. Cuiusmodi non est Theologia respectu Dei: quippe qui infinitè nostram omnem cognitionem excedit. Quare neque profitetur Theologia tradere adæquatam illius cognitionem: sed tantum eade illo inuestigare, quæ partim lumine diuinæ reuelationis, partim etiam lumine naturali, possunt hac in vita cognosci de Deo, prout in se est, & prout est principiū & finis creaturarum: præcipueque finis nostrarer supernaturalis, ad quem Theologia Christiana collimat.

## SECTIO. II.

### QVI BVS NAM ACTIBVS Theologia Deum, & alia sua obiecta attingat?

Conclusio: Actus quibus Theologia quo-  
modo cum sumpta, Deum & alia sa-  
objeccta attingit, sunt multiplices. Primo

13.  
Vñquis  
solutio.

14.  
Non satif-  
ficit.

Theologia  
probat sua  
principia.

15.  
Vera solu-  
tionis deducēt evidenter ex principiis  
evidentiibus, & à priori; id est, ut ipsam  
ibidem exponit, pro notitia parta per de-  
monstrationem perfectam, ex veris, pri-  
mis, immediatis, prioribus, & notioribus,  
& causis conclusionis. Quæ con-  
clusio, seu notitia filata, non p. t. praemis-  
sas, seu principia ex quibus deducitur,  
sed illa presupponit esse nota & evidētia, ut  
ab illis evidētiam hauriat. In illis vero praemis-  
sas, seu principijs, includitur subiectum  
conclusionis, & definitio subiecti, quæ est  
medium potissimum demonstrationis à priori.  
Ideoque conclusio presupponit de subiecto suo, quod sit, & quidnam sit. At vero  
scientia latius sumpta, ut nunc à nobis sumitur  
Theologia, post Molinam, Vasq. & Dantand, sup. cit. prout etiam comprehendit ipsa Aristot.

16.  
Gregor.